Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



80

recordari non occurrit uel quod ex aliis quae dicuntur
posse intellegi minus dicatur. siue aliorum quae magis
dicere statuit narrandorum gratia congruus modus
ut temporis sufficiat aliquid sibi non totum explican
dum sed exposito tangendum quisque suscipiat. siue ad
illuminandam declarandamque sententiam. Nihil
quidem rerum uerborum tamen aliquid addat cui
auctoritas narrandi concessa est. siue rebene tenens non
adsequatur quamuis id concludur memoriter et iam uerba
quae audiuit ad integrum nuntiare. Quisquis autem
dicit euangelistis esse perspici potentia id debuisse
concedi ut nec ingenere uerborum nec in ordine nec in
numero discreparent non intellegit quanto amplius
euangelistarum excellit auctoritas tanto magis per
eos fuisse firmandam. Ceterorum hominum uero loquen
tum securitatem ut pluribus eandem rem fatenar
potentibus. Nullomodo quisquam eorum de mendacio reste
arguatur. si ab altero tacuerit. Ut possit et ita
euangelistarum exemplo praecedente defendi. Cum
enim fas non sit euangelistarum aliquem mentitum
fuisse uel existimare uel dicere sic apparebit. Nec
eum fuisse mentitum cui recordanti talia aliquid acci
derat qualiter illis accidisse monstratur et quantum
magis admoneas optimos potiores cauere mendacium.
Tanto magis tamen eminente auctoritate regide
bebamus non putaremus esse mendacia. Cum sicut
se uariari aliquorum narrationes inueniremus. ut
inter euangelistas uariatae sunt. simul et iam
quod addo doctrinam fidelem maxime potiores intelle
gerimus. non tamen uerborum quam rerum quae
rendam uel amplectendam esse ueritatem quando
eos quinon eandem loquutione utuntur. Cum rebus